

...et eorum nre
...**Compt.**
...ut illius sa
...**per**
...**accipim.** Per
ia mi ad romaos.
...vos ignorat mis
...non sine m
...**es: qui**
...**in ist.** dicit pie
...**et sic**

AB
154397



Gammeln

Σ

Kirchenscheide.

10.

PETRI VVE
SEN BECII I. V. D.
ET PROFESSORIS
in Acad: Ienensi,

ORATIO
DE VVALDENSI,
BVS ET ALBIGENSIBVS
CHRISTIANIS.



15 85
G E N A E,
EXCVDEBAT TOBIAS
STEINMAN.

A V C T O R E S E T
S C R I P T A E Q V I B V S P O -
T I S S I M V M H A E C N A R R A -
t i o e x c e r p t a a t q ; c o n t e x t a e s t .

Acta Pacificationis Coloniens : cum commen-
tarijs edita , Anno M. D. LXXX.
AEneas Syluius , aliás Pius II. Pontifex Ro-
manus.

Alphonsus à Castro.

Antonius Archiepiscopus Florentinus.

Bernhardus Lutzenburgius.

Carolus Molineus.

Confessio fratrum Bohemicorum sociorumq;.

Gulielmi Paradini Annales Burgundiae.

Historia de Ecclesijs reformatis in Francia , edita
Gallicè Antuerpiae M. D. LXXX.

Ioannes Sleidanus.

Martinus Lutherus.


Nicolai Vignerij Annales Burgundiae.

Paulus Aemylius.



O R A -

O R A T I O,
DE VV ALDEN,
SIBVS SEV ALBIGEN-
SIBVS CHRISTIANIS.

VOD INITIO CV-
iusq; anni, pij omnes exo-
ptant, atq; precari à D E O
aterno solent, Auditores
humanissimi, vt quem ingrediuntur
annum, is ipsis, atq; adeo vniuersæ
ecclesiæ Reiq; publicæ faustus felix,
& salutaris sit: Idem hoc tempore
precor ab eodem D E O immortalī,
patre Domini & seruatoris nostri I E-
S V C H R I S T I: Et quantò quidem in
maiolem rerum omnium perturba-
tionem incidimus, pluribusque cir-
cumflantium vndiq; ventorum pro-
cellis ac tempestatibus subinde iacta-
mur, tantò maiore studio, tantòque
vehementius oro precorq; , velit iu-
beatq; propicius Iehoua, non solùm
nobis hîc aggregatis, sed & toti Ec-
clesiæ

A 2

O R A T I O.

clesiae, ac politicae Christianae, ineuntis
 huius anni spacium, bene feliciter
 prospereq; decurrere. Velit inquam
 harum regionum Scholas & Ecclesi-
 as, principesq; nostros illustrissimos,
 omnes deniq; vbicunq; terrarum de-
 gentes fideles, potenti dextera ad-
 uersus diabolorum & hostium suo-
 rum agmina atque insultus tueri ac
 propugnare: Nominatim quoq; eo-
 rum fortunam atq; squalorem pater-
 ne miserari ac respicere, qui a Tyran-
 nis & hostibus veritatis grauissimè
 passim & vi & dolo oppugnantur,
 tantum non opprimuntur. Hoc faci-
 as filij DEI dux populi tui Magne, &
 Michael princeps, qui stas pro filijs
 populi tui, propter te, ne tu contu-
 melia afficiaris, neue dicant in Gen-
 tibus: vbi nunc est DEVS eorum?
 Exaudi Domine, Domine sis propi-
 cius, Domine attende, & fac, ne mo-
 reris propter te ipsum DEVS meus,
 quia nomen tuum inuocatum est
 super

O R A T I O.

super ciuitatem & super populum
tuum.

Proximè & secundum hæc vota
digna quæ semper suscipiantur, sem-
perq; soluantur, sicut operas exeuntis
anni disputatione publica conclusi-
mus, ita huius ineuntis labores orati-
uncula aliqua auspicari licet, Quod
quidem nec primi, nec sine exemplo
facimus. Sic enim hæctenus nonnulli
studio erudiendæ iuuentutis singula-
ri, & ex doctrina nobiles in scholis
facere consueuerunt: quorum vesti-
gijs quòd & hîc insistere pro tenui
atq; infirma parte nostra laboramus,
nemo, opinor, iure reprehendet vn-
quam.

Etsi autem poscere locus hic vi-
debatur, vt de iurisprudentiæ digni-
tate orationem instituerem, & hono-
rificam de ea opinionem, quantum
dicendo consequi possim, animis ve-
stris induere conarer: tamen cum hu-
ius studij encomia ita sint illustria &

A 3 perua-

O R A T I O.

peruagata, vt ea calamistris inuri no-
 stris minimè sit opus, persuasumque
 habeam ingenia vestra eruditiora ac
 πολιτι κατ'ερα esse, quàm vt sanctissimam
 hanc Philosophiam, magistram vitæ
 ac morum, fundamentum rerumpub.
 architectatricem pacis, præsidium in-
 nocentium, Asylum bonorum, fre-
 num improborum, parum magnificè
 excipere aut aspernari, & hoc se par-
 ricidio Tyrannica planè barbarie in-
 quinare, in animum inducere queant:
 re non necessaria supersedendum du-
 xi, potius esse arbitratus aliquid in
 medium adferre, quod haud æquè
 cognitum, non minus auditione ve-
 stra dignum, & temporibus istis atq;
 moribus accomodatius forsitan sit
 futurum, quàm aures vestras rebus in
 medio positis & peruulgatis nequic-
 quam onerare.

Completar igitur historiam, pe-
 ricula, persecutiones, simul & libe-
 rationes, Fratrum VVALDENSIVM,
 quos

O R A T I O.

quos & PICARDOS, item ALBIGEN-
SES appellauerunt. Non solum enim
bonæ mentis est, considerare histori-
as & affici ærumnis Ecclesiæ: Verum
etiam eorum omnium, quæ nudam ac
simplicem rerum gestarum seriem se-
cutus exponere instituo, finis ac scop-
us, is esse inter alios, potest, vt re-
ipsa, & tam viuis tamque perspicuis
euentis edoceamur propius, etiam in
densissimis regni pontificij tenebris,
fumæq; potentia ac Tyrannide, sem-
per aliquam orthodoxorum piorum-
que manum ac gregem nullis quidem
humanis præsijs sed vna DEI mise-
ricordia atq; benignitate inuiolabi-
lem alicubi ac sanctum custoditum
fuisse. Præterea quamuis improbi &
scelerati persecutores Euangelij, ad
vim faciendam parandamq; tum ar-
mis tum fraude victoriam, nihil pro-
fus deesse sibi existiment: DEO ta-
men abunde suppetere, quo hostium
suorum fastum ac superbiam deiici-

A 4 at:



O R A T I O .

at : insidias & machinationes reddat
irritas : potentiam & vires vniuersas
semel frangat.

VValdensium ergo, vt ad rem ag-
grediar, nomen vnde defluerit ani-
maduerto dubitari, vt receptor, sic
probabilior videtur eorum conie-
ctura, qui à VValdo ciue quodam
Lugdunensi illud esse perhibent, vn-
de & à loco pauperes Lugdunenses à
nonnullis nominantur. PICARDO-
RVM vero appellatio qualis & vnde
fit, magis ambigitur. Sunt qui Picar-
diam Galliae prouinciam ipsis id no-
minis conciliaffe putent. Alij Begar-
dum quendam nominant & Sectato-
res eius Begardos, quos vulgus po-
stea corrupto vocabulo PICARDOS
dixerit. Illud constat ALBIGENSES
nuncupatos esse ab oppido quod
Galli indigetant Albi & in agro To-
losano situm, præbuit tunc temporis
Ecclesiae CHRISTI & puriori doctri-
nae hospitium : Vnde in Iure Cano-
nico

nico, apudque alios pontificios scriptores crebra Tolosanorum hæreticorum mentio. Nullum etiam dubium est, his appellationibus eos in pontificiorum scriptis designari, qui multis retro seculis in Gallia primū, post in alijs quoq; prouincijs, Austria præcipuè & Marchia discesserunt ab Ecclesijs Papæ propter manifestam Idolatriam & impia dogmata plurima, quæ in regno pontificio potenter dominantur.

Cum autem pontifices & horum satellites animaduernerent, non leue detrimentum hinc Romanæ hierarchiæ imminere: quippe iam principibus aliquot (quos inter Rex Aragonum, Et comites Tolosates in Gallia quondam præpotentes referuntur) patrocinium VValdensium suscipientibus, caperunt eos iniustissimis criminationibus premere, & id moliri vnice, vt publico omnium, Regum maximè odio laborarent, & ab

A 5. omni-

omnibus ad exitium quærentur. Etenim præter crimina multiplicia commemoratu & auditu horrenda, pudendaq; quæ hisce veritatis assertoribus rabiosissimè affingebant, hæreseum & damnatarum in religione Christiana opinionum, ad nonaginta quinq; ipsos arcessere non dubitarunt, Et quamuis contra ab alijs excusarentur, qui inuidiæ faciendæ causa VValdenses de tantis flagitijs insimulari testabantur, nisi quod ostensis erroribus & corruptelis in Ecclesiam inuectis, pontifici, Cardinalibus, Episcopis & toti colluiei sacrificulorum ac Monachorum detraherent ecclesiæ titulum & autoritatem: Effecit tamen diabolus vt passim crederentur esse vera.

Quo factum est, vt non solùm in acerbissimas continuo calamitates inciderent, & grauissima quæq; paterentur, in Gallia imprimis, Verum etiam sub initia repurgatæ in Germania reli-

O R A T I O.

religionis, imò & multis pòst annis, à
plerisq; pro hæreticis vel saltem pro
suspectis haberentur.

LUTHERVS fanè indubitatus DEI
feruus in præfatione elogioque, quo
confessionem fidei fratrum Bohemi-
corum, & his coniunctorum magni-
ficè ornauit, & aduersus suspiciones
maleuolorum muniuit, disertè profi-
tetur, se non prius hos, de quibus agi-
mus, fratres VV ALDENSES & Picar-
dos vero odio tanquàm perditos ho-
mines prosequi desijisse, quàm de
confessionibus scriptisque ipsorum
pijs, cognouisset, summam optimis
hominibus iniuriam factam esse, &
quos Papa pro hæreticis damnaue-
rat, pro Sanctis & Martyribus esse lau-
dandos. Ac memorabile est, quòd
præfatus vir DEI, addit: offendisse se
in eis vnum illud & magnum miracu-
lum in Ecclesia Papæ pene inaudi-
tum: scilicet, quod omiſſis horum
doctrinis quantum poterant medita-
rentur

O R A T I O.

rentur in lege Domini die & nocte, effeq; eos in scripturis peritos & paratos, cum in papatu ipsi Magistri nostri prorsus negligerent scripturas, quorum titulo iactabantur, nonnulli verò ex ipsis ne vidissent quidem Biblia sacra vnquam.

Item quòd lecta ipsorum confessione D E O gratias pro tanta luce agit, sibiq; & illis gratulatur, quòd destructo nunc interstitio suspicionis, qua inuicem hæretici videbantur, facti sunt prope & reducti simul in vnum ouile, sub vnum illum pastorem & Episcopum animarum nostrarum, qui est benedictus in secula. Hac ille.

Primus verò aperti belli impetus, & aggressus, quem grauem & peracribum sustinuisse leguntur, incidit in annum à natiuitate Christi millesimum ducentessimum nonum, quo Innocentius Pontifex Roma, eius nominis Tertius, Reges, principes, vniuersasq;

O R A T I O .

uerfasq; adeò nationes Romanam sedem venerantes ad religiosam quam vocant, militiam aduersus Waldenses, crucis signo sublato & per orbem Christianum emisso, concitauit: Crimina promiscui concubitus, adulterij, periurij, maiestatis, & summam Manichæorum atque Adamitarum damnatæ hæreseos atq; spurcitiei fæditatem in eos confingens. Nec mora, conuenit Lugduni magna multitudo sacrorum (vt appellant) militum ex diuersis gentibus: Sed ex Gallia maximè: Duceque Simone comite Montisfortis infestis signis Tolosatum ditionem petunt: Cuius principes meliora secuti, talibus furijs patrocinium suum opponere nitebantur.

Capta tum oppida, direptæ vrbes, arces expugnatae complures, nec vllum crudelitatis genus prætermisum: Incendijs, rapinis, cædibus, stupris perfædata omnia, etiam refrigerato

O R A T I O.

rato pugnarum & oppugnationum ardore, alibi centum octuaginta simul igni cremati viui : alibi sexaginta securi percussi : infirmi passim alijs supplicijs gregatim affecti, Nec minor fuit efferata in mulieres impietas, quæ ex omni statu, victorum libidini & auaritiæ misera præda fuere : inter quas, memoriæ proditum est, Girardam oppidi Vauri principem, quod similiter in veritate perstaret, in patientem puteum coniectam saxisque obrutam fuisse, Ipse quoque Tolosatum comes Raijmundus hostibus se dedere coactus, non ante vitæ securus fuit, quam à legato pontificio flagris cæsus & contumeliosè variè insectatus, arces oppidaq; tradidisset sua.

Nec multo post prælio commissio ad quindecim millia VValdensium cum Petro Arragoniæ rege cæsa, ut iam de ipsis actum esse tum maxime videretur.

At vbi humani auxilij spes propè
omnis

O R A T I O.

omnis euauisset, ecce Dominus, qui nouit suos ex ore & faucibus fati eripere, ac vt Psalmus ait, Exaltare de portis mortis; inopinatum immittit diffidium inter principes exercitus cruce signati, Burgundiæ ducem & comitem Niuernensem: Quod vsque eò inualuit, vt hic relictis subito castris discederet indignabundus, parte abducta copiarum: Ille idem mox faceret, veritus, ne ab aduersario hostile quid in subditos terrasque suas Burgundicas tentaretur. Horum igitur discessu cum exercitus esset multum imminutus, Montisfortis comes, bellum languidius administrat, commoditatemq; respirandi, suaq; paulatim recuperandi reliquijs afflictis vel inuitus aliquam permittit: Quinetiam, denuo symbolo crucis euulgato, exercituq; reparato, Ipse anno salutis M. CCXVIII. in vrbe Tolosanae obsidione lapide ad caput ictus occumbit.

Grauer

O R A T I O.

Grauitèr ferebant Cuculati, penè exploratæ victoriæ occasionem amiffam, & superesse qui corruptelas ac viciosos ritus in ecclesiam importatos non intelligerent solùm, verùm & taxare non dubitarent. Mordebat illud acrius, quod inuecta meliore doctrina, videbant se minore in precio futuros, & contemptum iri suam caliginem luce fulgente. Quare etiamli cruentis consilijs & machinationibus fraudulentis reluctari fata experirentur: nihil tamen moliri mouereq; destiterunt, quod faceret ad extinguendam hanc Ecclesiæ Romanæ fatalem quasi facem purioris doctrinæ.

Ac vix octo annorum interiecto spacio, Regem Francorum LVDovicvm eius nominis octauum prioribus repetitis criminationibus, nouis etiam additis eò impulerunt, vt anno CHRISTI vicesimo sexto, supra millesimum ducentessimum assumpta (vt ipsorum

O R A T I O .

ipforum fert locutio) cruciada, arma expediret, Auenioneq; vrbe, quæ VALDENSIUM confessionem partefq; sequebatur, hostiliter expugnata & direpta, vltcrius hanc, vt persuasus erat, Ecclesiæ Reiq; publicæ sententiam persequi, & regno suo exhaurire perrexisset, nisi iterum DEVS velut ἀπὸ τοῦ κυρίου ἐπιφανείας funestæ Tragœdiæ finē attulisset, exercitu per pestem vastato ac dissoluto, ipsoq; adeo Rege in discessu ad Montispenserium rebus humanis subducto, cum nec dum totum regnasset triennium. Ita & hisce haud leuibus experimētis Iehoua palam fecit, vt ab hominibus nihil auxiliij suppetat, se tamen rebus etiam desperatis, suis non defuturum.

Exinde doctrina syncerior ad posteros transmissa, & in Calabria, extrema Italiæ parte, præcipuè verò in aliquot Gallia Narbonensis Prouinciæque (ea olim Gallia brachata) vicis & oppidis, quorum præcipua nominantur

B

nantur

nantur Merindolum & Cabriera, ad
 nostra vsq; tempora producta & con-
 seruata fuit. Quanquam enim qui Re-
 gi defuncto successerat Ludouicus
 Nonus cognomento Diuus, itidem
 expeditionem in ALBIGENSES mo-
 litus sit, nec vlla hora vacua periculo,
 aut periculi expectatione ipsis relicta
 fuerit vnquam: Adeò vt subinde ali-
 qui intercepti maectarentur: quippe
 perpetuæ extiterunt aduersus pi-
 catum Pontificiorum persecutiones
 & molitiones hostiles. Obiecta tamen
 sunt haud multò post ipsi & successo-
 ribus varia impedimenta, & secuta
 deinceps, ipsa in Gallia, bella cum
 Anglis, & Burgundis, simul & dome-
 stica, admodum graua & diuturna:
 in quibus Reges inimicam crebrius,
 quam propitiam fortunam experti,
 accingi commodum ad VV ALDEN-
 SES penitus profligandos, delendos-
 que non potuerunt: Quod prou-
 dentia atque potentia diuinæ nutu
 ductuq;



O R A T I O.

ductuq; administratum, perfectum-
que esse, fateri non verebor.

Planè, quemadmodum natura
nullum produxit venenum quin ap-
posuerit remedium: Ita DEVS im-
proborum conatibus semper obijcit
aliquid, per quod non statim liceat
illis, quicquid libet. Et historiae qui-
dem nominatim docent, sæpius gen-
tes prophanas atq; Ecclesiæ inimicas,
horribilibus cædibus, singulari DEI
permisso, in sese mutuo grassari, cum
vt sese puniant rabie indomita, tum
vt hac bellorum tempestate inter ip-
sos defauiente, interea Halcyonia
sint aliqua in ijs regionibus, quæ fa-
cris CHRISTI cætib; præbent ho-
spitium.

In ea intermissione, interq; induci-
as istas persecutionum vniuersalium,
accidit quod dignum commemoratu
prætermittendum haud videtur.

Incendebant Regem Ludouicum,
qui duodecimus hoc nomine in Gal-

O R A T I O.

lia regnauit, Cardinales & Episcopi aliquot aduersus Merindolanos & Cabrierienses, reliquias (vti dixi) VV^{ALDENSIUM} & ALBIGENSIUM Christianorū, quippe veneficos, incestos hæreticos ac proinde tollendos esse. Merindolani & Cabrierienses sub odorati quæ Cardinales & Episcopi in se consilia coquerēt, & quàm atrocibus delationibus aures animūq; Regis implere niterentur, mittunt ad Regem legatos & innocentiam suam tutantur.

Eos legatos aditu regis Cardinales prohibere conabantur, Regem monentes, ne illis pro se dicendi apud se potestatem faceret: Iure canonico prohiberi, ne quis cum hæreticis communicet. Tum Rex, etiamsi, inquit, mihi in Turcam aut diabolum bellum suscipiendum esset, eos tamen prius audire vellem. Dignum prorsus rege responsum: Quippe inauditum
& in-

& indefensum quenquam damnare
sceptro & iure abuti est.

Ergo accitos legatos Ludouicus
introduci iubet: Illi reuerenter expo-
nunt, Merindolanos & Cabrerienfes
Euangelium, Biblia, Symbolum A-
postolicum, DEI præcepta, Sacra-
menta agnoscere atq; amplecti: Cæ-
terùm nec Papæ nec ipsius doctrinæ
credere, si secus esse Rex deprehen-
deret, se nullum supplicium recusare.
Ea itàne sic haberent an secus, Rex
scire voluit. Itaq; ea de re Adamo
Finnæo libellorum supplicum Magi-
stro, & M. Paruo Dominicano, qui illi
à Confessionibus erat, quæstionem
mandat. Illi ea in loca profecti, &
quæstionibus perfectis reuersi, ad
Regem referunt: Illis in locis homi-
nes baptizari, articulos fidei, & De-
calogum doceri, Dominicos dies re-
ligiosè coli, DEI verbum exponi, ve-
nificia & supra apud eos nulla esse.
Cæterùm se in ipsorum templis neq;

O R A T I O.

imagines neq; ornamenta missæ vlla reperisse. His auditis Rex eosne præcipiti iudicio damnauit, aut bello persecutus est? minimè: Sed iureiurando addito, me, inquit, & cætero populo meo Catholico meliores illi viri sunt. Ad hunc modum principes aduersum sycophantarum calumnias protegere eos, qui errorum conuicti non sunt, & prudenter expendere debent, nullam neq; in dictis neq; in factis innocentiam fore, si accusasse sufficiat.

Huic Ludouico XII. cui Patris populi cognomen impositum est, successit in regni administratione FRANCISCVS eius nominis primus, quem & Magnum, non tam ob rerum bellogestiarum amplitudinem, quàm propter instaurata linguarum & artium studia appellant, Hoc ergo in Gallijs rerum potiente & paulò post CAROLO V. Imperij Germanici habenas capessente, DEVS educturus in apertum

tum lucemq; innocentiam feruorum suorum, & toti mundo testatum tandem facturus, suam esse doctrinam, in quam tanta rabie tanto tempore exardescerent aduersarij: misertus insuper reliqui generis humani per Pontifices & horum ministros totis iam annis quingentis circumducti atque delusi, & obscurissima superstitionum caligine cooperti oppressiq;, excitauit primùm in Electoratu Saxoniae & Schola VViteberger si MARTINVM LVTHERVVM Theologum, Augustinianam sodalitatem professum, mox & alibi alios, omnes magnitudine ac firmitate animi diuina prorsus, multaque eruditione instructos viros, qui communem piorum omnium, adeoq; ipsam Christi causam, miseris modis proscissam ac protritam, solide & erudite complexi, regni Pontificij neruos validissime incidierunt, veritatemq; doctrinae caelestis si non penitus fugatam dissipata-

O R A T I O.

ramq; , certè abditam & ignobilem è
latebris protulerunt, disputationibus
scriptisq; planissimè illustratam, longè
lateq; propagarunt: frustra frementi-
bus, et bella, vastationes, exilia, san-
guinem, ignem & fulmina frustra spi-
rantibus & minitantibus cum Ponti-
fice Regibus Europæ penè vniuersis.

Hæc instauratæ doctrinæ Christi-
anæ lux quaquauersum splendorem
radiosq; suos diffundens, latere diu
non potuit VV ALDENSIUM Ec-
clesias, pauperculas licet, & in obscu-
ros angulos furore atque infania ad-
uersariorum abactas. Ne igitur in his
occasionibus ampliorem cogniti-
onem comparandi & in agnita semel
veritate sese confirmandi, sibi deef-
sent, quosdam ex suis mittunt Argen-
toratum & Basileam, ad eos qui illis
locis dispulsa superstitionum nebula
propagationi repurgatæ religionis
omni studio incumbabant: quorum
de homilijs atq; colloctionibus cer-
tius

O R A T I O.

tius edocti, maioreq; cognitionis luce illustrati & vehementiori inflammati studio, nihil antiquius duxerunt neq; potius quàm doctrinam Evangelij ordinatius profiteri, & quæ in ipforum Ecclesijs hærent tenebræ ac navi, protinus emendare, omniaq; secundum renatam in Germania cœlestis doctrinæ puritatem conformare: qua ratione curæ quoque fuit ipsis & cordi, vt sacrosancta volumina in vernaculum ipsis sermonem conuersa, typis publicarentur, quæ prima fuisse perhibentur Biblia Gallicè purius edita. Ita, postquam hisce in regionibus lux veritatis excitata est, alijs quoq; locis, vbi iam olim extiterè qui Pontificem & illius dogmata abominantes, aliquam haberent veræ religionis notitiam, clarius illuxit.

Ablegarant eodem fermè tempore, qui in Bohemia & circumiectis regionibus, fidelium cætus supere-

B 5 rant,

O R A T I O .

rant, pariterque VV ALDENSIUM
ac PICARDORVM inuidiosissimis
nominibus infamabantur, ad LV-
THERVM de suis aliquot: quos
magnus ille vir habito colloquio, &
placide collatis sententijs pro fratri-
bus agnouit & peramanter comple-
xus fuit; quinimo & honorifice de
Ecclesijs totaq; ipsorū doctrina sensit,
quod præter literas ad ipsos scriptas
testatur præfatio⁷, cuius supra mentio
facta est: quæ quidem, quicquid ante
durius ab ipso scriptum fuit, id omne
abstergit & tollit penitus.

Sed horum vicinorum nostrorum
historia notior est, prolixior forsitan
quàm vt hac simul oratione compre-
hendi debeat, Eò igitur redeat vnde
digressa est paululum oratio.

Vrebat magnoperè aduersarios
eùm Bibliorum, de quibus dixi, edi-
tio, tum illustrandæ magis magisque
doctrinæ Ecclesiasticæ in Merindola-
nis studium, facile suspicantes hæc in-
gen-

O R A T I O.

gentem Regni Pontificij ruinam, vt in
 Germania, sic & apud Gallos secum
 tandem tractura. Itaque ad consuetas
 artes decurrunt, nihil non fingentes,
 quo fidelium causam quam odiosissi-
 mam reddant, nihil intentatum relin-
 quentes vt ipsos opprimant, eos e-
 nim omnibus criminibus onerabant,
 vt homines irreligiosos & monstro-
 farum opinionum patronos: Adde-
 bantur ciuiles causæ, nimirum, opti-
 matibus eos insidiari prætextu religi-
 onis, quæ aliorum non spectaret, nisi
 vt Regibus sua scepra è manibus ex-
 torqueat, Tribunalia iudiciaq; omnia
 præcipitet, subuertat ordines omnes
 & politias, pacem & quietem populi
 perturbet, leges omnes abroget, do-
 minia & possessiones dissipet, omnia
 denique sursum deorsum voluat,
 Quemadmodum veteres Euangelij
 hostes Symmachus, Celsus, Iulianus,
 Porphyrius, olim aggressi sunt accusa-
 re, & tantum non opprimere Christi-
 anos.

O R A T I O.

anos omnes, non solùm peruersæ ac damnatæ superstitionis, sed vel maximè seditionis ac maiestatis obiectis criminibus, antequam aut princeps, aut populus, quinã illi Christiani essent, aut quid profiterentur, aut quid crederent, aut quid vellent, scire possent.

Neq; verò imperitorum luminibus tantum, his officiebant calumnijs & criminationibus: Verùm etiam summum in prouincia senatum Axij (Aquæ sextiæ olim) residentem eò inducebant, vt sanguinaria prorsus edita aduersus Merindolanos sociosq; ederent: Qua ratione in extremas perturbationes periculaq; coniecti iterum fideles, ad Regem cõfugiunt, rogantq; supplices, vt miseram atque afflictam ipsorum innocentiam contra summam aduersariorum potentiam atque violentam audaciam, clementer tueri non dedignetur. Nec id prorsus frustra fit, nam precibus tandem

O R A T I O.

dem obtinent, vt atrocissimorum decretorum violentiam, fauissimasque tempestates in ipsos incumbentes Rex inhiberet, datis ea de re ad XVI. Iulij, Anno huius seculi. XXXV. Et rursus Maio Mense, anno insequente literis, quæ non præsentibus tantum atq; in Gallia adhuc versantibus impunitatem & veniam condonabant, verum etiam omnibus religionis ergo exulantibus, ac pridem proscriptis reditum in patriam tutum liberumq; permittebant, si modò intra menses sex abiuratis erroribus ad Ecclesiæ Romanæ gremium redirent. In quo illud fortasse haud indignum consideratione quoq; fuerit, quòd ex Pontificijs aliqui, & in his Ioan̄es Pappo Regius Consiliarius ita affirmât, ita testantur, FRANCISCVM Regem vt animaduertit, nulla edictorum quantumcunq; sanguine persecutorum severitate, nullis cruciatibus, nulla suppliciorum assiduitate sectam hanc & Luthe-

O R A T I O.

Lutheranam hæresim extirpari posse, ad istam se moderationem inclinasse : agnoscentes & satis apertè indicantes huius flammæ eam esse vim atque indolem, vt quo magis omni violentiæ specie reprimatur, hoc magis magisque erumpat atq; euolet: Cuius rei etiam crebra in Regum Henrici & Francisci II. edictis videre testimonia licet, cum identidem queruntur, quantò maius studium ipsi, exemplum Francisci I. secuti, in illa religione comprimenda adhiberent, eò latius illam indies serpere, & sese per omnes regni pârtes fundere, maiusq; incrementum capere.

Cæterum Regijs illis rescriptis ac moderatione, quam vocabant, utebantur Merindolani, non quidem eum ad finem, vt à veritate deflecterent, sed ad refrenandam aliquo modo Aduersariorum efferatam rabiem, illo quidem successu, vt quanquam ex vocatis & coram summo prouinciæ
fenatu

senatu (Parlamentum Aquense vel Axianum vocant) copiam sui facientibus, aliqui ultimo supplicio plecterentur, nonnullis stigmata imprimerentur, quidam facultatibus priuarentur, alij alijs modis malè mulcerentur: tamen belli apparatus ac totius corporis (vt ita loquar) oppugnatione ad aliquod tempus differretur.

Quarto autem post anno, impulsu aduersariorum, Arelatensis præcipuè Archiepiscopi, & Episcopi Axiani, fertur in supremo, de quo dixi, tribunali, sententia longè sæuissimã, imò verò talis qua nulla vllò vnquã tempore, vllò in tribunali vspiã, immanior lata videri iure potest, consimilis omninò edicto Regis Assueri, instigante Amano, ad extremam interneccionem atq; exitiũ populi DEI promulgato. Nam eo senatusconsulto placuit, Merindolanos & cum his facientes, plurimarum hæreseum, & læsæ maiestatis diuinæ pariter atque humanæ conuictos

O R A T I O .

Etos teneri, pacis & tranquillitatis publicæ hostes ac perturbatores haberi, ad expianda autem hæc scelera, foeminas iuxta ac viros igni cremari, liberos, seruos, familias ipsorum excindi, bonis vniuersis publicatis, oppidum verò Merindolanum, & alia quæ incolebant loca euerti, & solo æquari, neq; ibi in posterum quicquam exstrui aut ædificari, hortos, agros deuastari, arbores & syluas circumcirca cædi.

Quid hoc iudicio potest dici iniustius? Quid fingi potest horribilius? Quid ex omnium seculorum memoria cognitum est inhumanius? nihil profectò eo neque acerbius neq; iniquius neq; crudelius vel ex ipsa Scythia proferri potest. Damnatur, & morti addicitur, non vnus & alter causa necdum ordine cognita atq; disceptata, sed multa hominum millia, nullo ætatis & sexus habito delectu: damnantur inquam, non viri solum, sed

O R A T I O.

sed & virgines, pueri, puellæ, infantes
 innocentes : fæminæ item : sint graui-
 dæ annon parui refert : adulti, valetu-
 dinarij , fenes decrepiti , promiscuè
 & indiscriminatim omnes , hisq; om-
 nibus vita cum fortunis abiudicatur,
 Idq; incognita adhuc & incerta causa.
 O Iustitiæ immemores. O Iuris & le-
 gum omnium oblitos. O humanitatis
 nunquam participes. Quis hoc facit
 vlla in barbaria Tyrannus?

*Quis Colchus, hoc quis sedis incertæ Scythæ
 Commisit: aut quæ Cassium tangens mare
 Gens Iuris expers ausa? Non Buxiridis,
 Puerilis aras sanguis aspersit feri.*

Non tamen tum executio tam
 horrendæ sententiæ processit, ipso a-
 deò primario illius Parlamèti præsi-
 de Bartholomæo Chassanæo celebri
 iuriconsulto, ad tantæ barbariei a-
 trocitatem exhorrescente : licet alio-
 quin à veritate religionis alienissimus
 esset. Quocirca prædicti Arelatensis

C

&

& Axianus Antistites, alijq; Ecclesiastici Auenione congregati, omnesq; in id vnum curas & cogitationes intendētes vt iniustissimæ damnationis executio effectioni detur: Eo nomine Amphictyonas Axianos interpellāt, vrgentque denuò, sumptus & cætera quæ ad eam rem pertinerent offerentes. Quid multa? vel dissuadente commemorato Chassanæo, & causas, cur id necdum fieri oporteret, proferente, manus constantur, machinæ educuntur, aliaq; belli instrumenta expediuntur, iter in orthodoxos dirigitur.

Inter hæc Merindolani, hoc iniquissimo iudicio irretiti, & ab omni humana ope inopes, nec aliud expectantes quàm vt instar ouium occisioni destinatarum iugulentur, preces ad DEVM ardentes atque indefessas effundunt, seq; & sua omnia eius solius mandant & committunt prouidentia ac misericordia, qui tantas

vnus

O R A T I O.

Vnus tempestates, tamque grauem
persecutionum vim propulsare pote-
rat.

Nec irrita fuerunt vota & gemitus calamitosæ gentis: Rex enim, ad quem rumor bellici istius apparatus iam peruenerat, confestim, ceu momento DEO, dat negotium Gulielmo Bellaio Langæo, suo tunc temporis in Pedemontanis legato, ut ea, quæ apud Merindolanos gerantur, propius cognoscat, seq; de his rebus certiozem faciat. Hic quæ de populi istius vita, moribus, simul & vanitate calumniarum, quibus traducebatur, considerauerat, ad aulam refert: Tum verò Rex octauo Februarij anno seculi præsentis quadragesimo, aliud veniæ & gratiæ diploma ad Amphictyonas prouincianæ curiæ expediri curat; quo non solum iam condemnatis, sed & omnibus omninò in prouincia VV ALDENSIEVS ignoscebat, modò intra trium mensium



O R A T I O.

spacium errores, in quos incidissent, agnoscerent, & solenni modo detestarentur. Interq; cætera Rex edicit iudicibus, deinceps vim & rigorem tantum ne adhiberent.

Regio hoc rescripto, post longas moras & iudicum varias ludificationes, tandem publicato, & omnibus cuiuscunq;æ sexus atque ætatis, de **VVALDENSIVM** vel **LVTHERANORVM** (sic enim mutato nomine vocari tum cœperât) doctrina suspectis, ad satisfaciendum Regiæ voluntati, seque coram Aquensi senatu purgandum euocatis, demonstrant Merindolani socij; valde operosum & sumptuosum fore, ac vix, & ne vix quidem fieri posse, vt singuli se Axij sistant, proindeq; summis rogant, vt ærumnosæ multitudini causam per procuratores agere concedatur. Id cum impetrauissent: statim Franciscum Chayum & Gulielmum Armandum miserunt, qui proponerent, nullius



O R A T I O.

nullius se sibi hæreseos conscios esse:
Si tamen erroris alicuius ex perenni
innotoq, verbo diuinitus edito, hoc
est, scriptis Prophetis & Apostoli-
cis conuincantur, paratos se & vni-
uersam multitudinem esse, erroribus
ex Regij diplomatis præscripto abiur-
ratis, ad sanitatem redire.

Demum impetrata, quæ diu ob-
stinatè fuerat denegata, actorum &
processuum aduersus ipsos informa-
torum copia, exhibent scripto com-
prehensam summam doctrinæ, quam
à maioribus, velut de manu in ma-
num acceptam, amplecterentur: Quæ
quidem Confessio sæpius post edita
& repetita est, extatq; etiam nunc in-
tegra, Et a Sleidano libro sextodeci-
mo commentariorum, ad compendi-
um collata recitatur. Nec verò quis-
quam existimet, diuersam fuisse ve-
terum Albigensum & VValdensium
religionem: aut propter alias causas à
Pontificijs tantas olim aduersus illos

O R A T I O.

excitatas persecutiones, quàm quod
 Romanæ Ecclesiæ superstitiones ex-
 erati, purioris religionis studio tene-
 rentur: Quod si non aliunde, saltem
 ex Bohemica historia Aeneæ Syluij,
 qui post ad Pontificatum euectus Pij
 secundi nomen assumpsit, promptū est
 colligere. Is enim quantumuis hostis
 acerrimus VValdensium, fateri ta-
 men necesse habet, hæc & non alia
 extitisse crimina atq; dogmata, quæ
 ipsis obiecta, & ob quæ pro pestifera,
 ferroq; ac flammis excindenda facti-
 one semper habiti fuerunt, nimirum:
 Romanum præfulem reliquis Episco-
 pis parem esse: Inter sacerdotes nul-
 lum discrimen: Presbyterum non di-
 gnitatem sed vitæ meritum efficere
 potiozem: Animas è corporibus ex-
 cedentes aut in æternas è vestigio
 pœnas mergi, aut perpetua consequi
 gaudia: Purgatorium ignem nullum
 inueniri: vanum esse orare pro mor-
 tuis, & auaritiæ sacerdotalis inuen-
 tum,

O R A T I O.

tum: DEI & sanctorum imagines potius tollendas quàm colendas esse: Confirmationem quam Chrismate Pontifices inducunt, & extremam vnctionem inter Ecclesiæ Sacramenta, minimè contineri: Auricularem confessionem nugacem esse, sufficere sua quemq; DEO confiteri peccata. Baptisma fluuialis vndæ, nulla interiecta sacri olei mixtura, recipiendū, suffragia sanctorum in Cœlis cum Christo regnantium nequicquam impetrari, quæ iuuare non possunt. In canonicis horis cantandis dicendisq; frustra tempus teri, ieiunijs cæterisq; ab Ecclesia institutis excogitatisque cultibus nihil inesse meriti. Aquarum Palmarumq; benedictiones irridendas. Nulla die ab opere cessandum, nisi quæ Dominica nunc appellatur. Deniq; ne singula persequar, sacerdotales vestes, altarium ornamenta, atq; id genus reliqua hominum commenta, nihil ad promerendam DEI gratiam

O R A T I O.

tiam habere momenti. Hinc igitur, hoc est, ex perspicua primarij Pontificij scriptoris assertionem, adeoque ipsius Papæ confessionem, veterum quoq; VValdensium colligatur innocentia, utcumque alij alia tradere, & turpissima variorum scelerum atque hæreseum labe eos aspergere non sint veriti.

Porro in extremo illius, de quo dixi, scripti, Merindolani quibusdam criminationibus calumnia plenis occurrunt, ac tandem iudices obtestantur, velint integra iudicij censura rebus omnibus rectè & ordine perpensis atque consideratis, demonstrare in quo hallucinentur: Interim verò hoc beneficij largiri atque eam misericordiam tribuere, nempe, ut vacuis solutisque à flamma & hostilibus grassationibus, liceat operi faciundo & agro colendo victum afflictis familiaribus, alimenta quæ necessaria querere: Quod quidem à superiore tum diui-

no tum humano iure subiectis debetur.

Sed ad hæc tam iusta & tam submissa postulata responſionem aliam non abstulerunt, quàm quòd supplicantiſſibus eſſet integrum ac ſolutum, decem ex ſuis deſtinare, qui affirmatè diſertisque verbis omnium nomine explicarent, An gratiam à Rege oblatam vellent exſolculari, nec ne.

Acta hæc ſunt Aprili menſe, anno quadrageſimo primo, Eorum autem fama, cum in Germaniam emanafſet, plurimorum animos vehementer offendit. Nec enim quiſquam facilè reperiebatur, religionis & Auguſtanae Confeſſionis ſtudioſus, qui hæcæ fidelium alibi degentium miſerias, à ſe alienas arbitraretur. Et Proteſtantium quidem Ordines continuo ad prænominatum Francia Regem Franciſcum miſſis Ratiſpona literis, pro Merindolanis & omnibus, qui per prouinciam Galliam ob do-

O R A T I O .

doctrinae professionem, partim erant in vinculis, partim in exilio, partim in latibulis arumnosam vitam agebant, intercedunt. Et quia spes facta erat, receptum in gratiam iri, si doctrinam obiurarent, hanc eis conditionem remitti petunt, & quam graue sit vulnerare conscientiam ostendunt.

Intelligebant quidem certè Illustrissimi Principes proceresque integerrimi, perpetuò in cura religionis vim ab animis hominum remouendam esse, nullumque adeò peccatum (vt paucis post annis ab inuictissimo Cæsare Maximiliano II. in pari prorsus causa vsurpatum legimus) grauius esse, quam conscientijs velle dominari.

Animaduertebant illos, qui in conscientias sibi imperium sumunt, verè *θεομαχῆν*, atq; (vt idem optimus & prudentissimus Princeps professus quoque postmodum est,) coeli arcem inuadere: Meminerant illos, pro quibus

O R A T I O.

bus intercedebant, nullas seditiofas
 opiniones tueri, nec quicquam quod
 esset Orthodoxis symbolis contrarium.
 Sciebant illos vnum DEVM ac
 patrem IESV CHRISTI: vnum
 seruatores Christum Iesum, verum
 DEVM, verumq; hominem pro no-
 bis crucifixum: vnum Spiritum san-
 ctum nobiscum profiteri: Sciebant
 eos in vna Christi satisfactione, tan-
 quam tutissimo portu conuiescere,
 Idolis Pontificijs, Bullis, missis, di-
 spensis, indulgentijs, & cæteris ciu-
 sdem furfuris reiectis, atq; hoc nomi-
 ne grauissima persecutionum mole
 premi, & laniens obijci quasi oues
 mactationis. Mouebat insuper in-
 clytos Heroas atq; proceres illa, quæ o-
 mnibus fidelibus arctissima inuicem
 est in CHRISTO IESV, coniun-
 ctio. Mouebat humani nominis ne-
 cessitudo, humanæ sortis anceps atq;
 incerta conditio. Mouebant tot mœ-
 sti ac decrepiti senes, tot miseræ vi-
 duæ,



O R A T I O.

duæ, infortunati pupilli, lachrimantes
 virgines, tanta miserorum homi-
 num turba, qui omnes aut suis sedi-
 bus pulsi in extero solo vagè hinc in-
 de palantes, tenuem victum ac liber-
 tatem conscientiaë quærere, aut acer-
 bissima domi supplicia, exquisitosq;
 cruciatus in horas expectare & subi-
 re cogebantur. His ergo, & rationi-
 bus, dubio procul, pluribus adducti
 Protestantium Ordines, pro VVal-
 densibus, vti dixi, intercedunt, leua-
 tionem aliquam ex tanta calamitate
 ipsis adferre summè enitentes.

Verùm vt ad instituta narrationis
 funestam catastrophem accedamus
 propius, Cabriera & quæ circumstant
 loca viciq;, cum ad comitatum
 Venaisinũ pertineant, qui Pontificiæ
 est ditionis, visum est Axiano
 senatui, vt articuli & capita exhibit
 scripti communicarentur cum Epi-
 scopo Cauillonensi, Pontificij legati
 Vicario, & Cardinali Sadoletto, Epi-
 scopo

ORATIO.

scopo Carpentoratenſi: Quorum hic quidem, quanquam nihil non benignè reſponderet (vt erat multæ doctrinæ & veritatis non per omnia neſcius) vnum illud agens ſcilicet, vt blanditijs & promiſſionibus mellitis, de medicina Eccleſiæ morbis faciendâ, Orthodoxos à recto curſu diſturbaret, eoq; pacto Romanæ amplitudinis (ad quam aſpirabat) ruinam ſiſteret: Nihil tamen pacati, nihil fidi, nihil eorum, quæ de emendando Eccleſiæ ſtatu pollicitus erat, ad effecti- onem perduxit vnquam. Quemad- modum ex alia parte Cabrierienſes antiquū tenentes, & in perenni con- teſtataq; maiorum virtute & conſtan- tia perſeuerantes, neque terrorum & armorum vis, neque perſecutionum immanitas, neque tanti viri blandilo- quētia & illecebræ, nec ſpes, nec me- tus de veritatis profeſſione depellere potuerunt.

Nec verò interea ab Arelatenſi &
Cauil-

O R A T I O.

Cauillonensi Episcopis cessabatur, sed hi negotium exequendæ sententiæ contra LVTHERANOS (hoc enim iam non minus tum odioſo in vulgus nomine caperant fideles, vti dixi, appellari) gnauiter capeſſunt, eòq; rem deducunt, vt Iudicij atq; ſenatus A- quenſis præfectus, Eccleſiaſticorum voluntatibus obſecundans, vel potius furoribus funeſtæq; eorum libidini nimio plus adhinniens, ex Collegis vnum, item Actuarium deſtinet, qui cum Episcopo Cauillonensi, & Theologo quodam Merindolū profecti, dent operam, vt populus errore deſiſſo in gratiam cum Romana redeat Eccleſia. At hi ad loca deſtinata delati, tantum abeſt, vt obinuerint aliquid, vt etiam qui aderat Theologus, aperte ſit teſtatus, ſe toto vitæ ſuæ tempore, tantum in ſacris non profeciſſe, quantum paucorum dierum interuallo didiciſſet conferendo, applicandoque ad articulos propoſitæ

ORATIO.

positæ Confessionis adducta ex scripturis sacris testimonia. Re ergo irrita discedunt.

Idem accidit, quando altera vice eò aduolauit Cauillonensis, quatuor comitantibus Monachis, recenti adhuc Sorbonæ Lutetianæ Sophistica feruentibus: Ex his enim vnus auditis puerorum ex Carechesei responsionibus, palàm confessus est, plus solidæ & salutaris doctrinæ se percepisse dantem pueris auscultando operam, quàm cunctis ex disputationibus, quibus partim ipse, partim alij se præsentente in Academia Parisienii defuncti fuissent. Quid? quod ex his & ijs, qui subsecuti mox sunt, inquisitoribus, aliqui hac occasione conuersi & veritatem professi sunt.

Post hæc in aliquod tempus quies erat & intercessatio aliqua, & respirare paululum in tot seculorum continuatis miserijs videbantur VValdenses, perculsis scilicet aduersarijs,
&

O R A T I O.

& quasi attonitis contuitu iudiciorum DEI, quæ iusta stupendaq; aduersus quosdam veritatis hostes, ipsum etiam præsidem Chassanaum repentina morte abreptum, extiterant. Verùm vt nouæ subinde procellæ pios obruunt, & quanquam pax esse in Ecclesia videatur, pacis tamen est fiducia nunquam: Sic omnia quæ per multos iam annos agitata sunt, in hoc tandem tempus, hoc est, annum huius seculi quadragesimum quartum & quadragesimum quintum magna vi erumpunt: Quæ dum summam quoq; subiungo, rogo vt qua hætenus, eadem deinceps me audiat benignitate.

Successerat demortuo Chassanao in summo prouinciæ tribunali, Iohannes Minerius, quo patre editus, quibus artibus ad eam muneris functionem euectus, non disputo in præfenti: Is posthabitis omnibus, quæ modò commemorauit, immanem illam

O R A T I O .

Iam sententiam exequi contendit,
 eoque enixius quò magis afflictorum
 præda, quam iam animo deuorarat,
 possessiones suas Cabrieræ vicinas
 amplificare cogitabat. Quo animad-
 uerso pietatis Athletæ rursus literis
 ad Regiam Maiestatem libellisq; sup-
 plicibus missis, supplices obnixè sup-
 plicant, ac de violatis rescriptis anni
 quadragesimi, deq; extremis in qui-
 bus versentur periculis conquerun-
 tur. Rex à benignitate sua nihil desle-
 ctens, suaq; potius adhuc moderati-
 oni quàm alienis affectibus morem
 gerens, prædicti Arresti seu sententiæ
 executionem sistit, donec à suo sup-
 plicum libellorum Magistro, & Theo-
 logiæ in Academia Parisiensi, quo-
 dam Doctore, ad ea loca missis de fi-
 de moribus & vita horum proscrip-
 torum certior reddatur exquisitiùs.

Hinc iterum videbantur Merin-
 dolani, & circumiecti fideles, quasi af-
 flata amœniori aura nonnihil respira-

D. re,



te: Quin etiam spem concipiebant fore, ut optato huius legationis fructu læti potirentur, atq; hac tandem ratione rei veritate, innocentia quæ ipforum apud Regem apertius detecta, se ex tanta, grauissimarum ærumnarum mole erigere inciperent. Verùm aliter paulo post euenit: adeo prorsus nihil de securitate sperandum est pijs, ut Augustinus scripsit.

Nam Cardinalis Törnionius infestissimus religionis repurgatæ hostis, arreptis auidè criminationibus, auctore Philippo Cortino inaudita vanitate atq; impudentia disseminatis, quasi nimirum Merindolani & horum vicini in armis ad quindecim milia essent, & nihil nisi superioris potestatis euersionem molirentur. Nominatim verò Massiliensium urbem per insidias vel qua alia ratione interceptam, Regio imperio eximere & in libertatem ad exemplum Heluetiarum urbium vindicare, adeoque delera

O R A T I O.

deleta paulatim regni forma, & in vniuersum Regis iugo nefarie tandem excusso, Democraticæ ac popularis gubernationis statum constituere elaborarent.

Turnonius ergo, huiusmodi fictis cōquisitisq; perfidiosè calumnijs Rege circumuento, contrariâs prioribus literas extorquet: quibus executio immanis sententiæ imperatur, easque ad Minerium mittit. Non tamen is protinus eas ubi accepit protulit, sed in tempus rei gerendæ commodum seruabat. Tandem ijs mense Aprili Anni XLV. recitatis, delecti sunt è senatu, qui rem exequantur: His adiutorem sese profitebatur Minerius, eo quod absente prouinciæ præfecto, Rempublicam gerebat. Iam ante verò mandatu Regis passim conduxerat copias, Anglici belli causa, verum his ad suum hoc institutum est usus: Ad hæc Massiliæ, Aquis, Arelatæ, cæterisq; in locis frequentioribus mili-

D 2 / tiam

O R A T I O.

tiam omnibus imperauerat, qui possent arma ferre, graui denunciata poena: Deinde ex Auenionensis agrifinibus, ditionis Pontificiae, missa quoque fuerunt auxilia.

Rumore autem huiusce expeditionis increbescente, euulgataq; Regis hac voluntate, magna, vt cogitare par est, Fideles per vniuersam Galliam cepit moestitia, magna animorum perturbatio, magna denique trepidatio. Et erat iam omnis ad Regiam Maieft: aditus, aduersariorum tum potentia tum impudentia praclusus, omnis de legitimo causae examine spes praecisa; Nullus non modo purgationibus, sed ne deprecationibus quidem locus restabat: Exarserat tantopere & Regis & vulgi odium aduersus VValdenses seu Lutheranos, vt quisquis de illis paulo moderatius meminisset, in suspensionem raperetur, tanquam videretur fauere eis, quibus non malediceret, quosque non profcin-

O R A T I O .

scinderet graui conuicio: Tantum ab-
 est vt auderet quispiam patrocini-
 um præstare suum aut offerre Conuersi ta-
 men animis & cogitationibus ad di-
 uinarum promissionum vim iuxtâ, ac
 præteritorum temporum & liberati-
 onum memoriam, colligebant DEVM
 perpetuum suorum custodem atque
 defensorem, potentiæ ac prouiden-
 tiæ suæ vires, ad tantas quoq; angu-
 stias expediendas collaturum, aut
 certè quicquid tandem accidat, id ad
 ipsorum salutem euenturum: Non
 enim, vt inquit Augustinus, audit me-
 dicus ad voluntatem, sed ad sanita-
 tem.

Rebus igitur vtrinq; ita constitu-
 tis, primus impetus fit non in Merin-
 dolanos, verum in agrum oppido
 Pertusio vicinum. Idibus autem A-
 prilis, Minerius turba procerum atq;
 ducum stipatus, Cadenetum venit:
 Sed interea Centuriones aliquot, in
 vicos pagosq; ad Druentiam flumen

D 3 irruunt

O R A T I O.

irruunt, & cadibus, direptionibus, incendijs grassati, magnam vim pecoris abigunt, ac nihil non praterea à militè furioso immaniter expatrat. Idem fit alijs etiam in locis, eodem tempore. Præter enim consuetas bellici furoris intemperies, incendia, rapinas, mulierum virginumq; constuprationes, imò & mactationes horrendas, aliaque scelera, infamia digna sempiterna, diuulgatum est, Minerium capite fanciuisse, ne quis eos vlla re iuuaret: Vnde consecutum est, vt secundum matrum interfectarum cadauera iacentes infantes inedia interirent complures, faminae insuper, pueri ac senes ferarum & pecudum more per campos sylvarumque solitudines palantes, herbas sollicitè indagare, tandem & ipsi fame passim suffocari vt conspicerentur. Quis non consternetur animo, non totus exhorrescat ad hanc Tragoediam? Ego certè ista non sine pallore ac tremore recito.

Me-

O R A T I O.

Merindolani porrò cum ardere omnia circum aspicerent, relictis sedibus in sylvas confugiunt, & ad vicum Sanfalesum maxima cum formidine pernoctant. Huius autem loci incolæ iam & ipsi fugam parabant. Caillonensis enim Episcopus negotium dederat nonnullis ducibus, ipsos contrucidandi. Postridiè paulò progrediuntur longius, tecti syluis, nam vndique periculum erat, & Minerius edixerat, vt promiscuè caderentur omnes quocunque loco deprehensi. Valebat idem edictum in locis finitimis Pontificiæ ditionis, & Episcopi quidem eius regionis ferebantur alere magnam copiarum partem. Ibant ergò difficili & molesto itinere, gestantes pueros in humeris & brachijs, inque cunis, & quidem mulieres aliquot grauidæ, cumq; ad constitutum locum venirent, iam eò confluerant multi, qui rebus perditis fuga salutem quaesierant.

D 4

Non

O R A T I O.

Non multo post nunciatur, Mine-
 rium omnes in vnum cogere copias,
 vt ipsos inuadat. Fuit hoc sub vespere
 diei septimidecimi Mensis Apri-
 lis; Itaque quamuis nullum rationum
 suarum exitum prospicerent, re ta-
 men deliberata consilium ex tempo-
 re capiunt; Et quoniam iter faciun-
 dum erat per loca impedita & aspera,
 mulieres, puellas, & infantes ibi relin-
 quunt, paucis quibusdam adhibitis,
 & in his Ecclesie ministro: Cateri si-
 cut constitutum erat, Mussium oppidum
 petunt, hoc autem ea spe faciebant, fo-
 re vt hostis erga imbellem turbam &
 omni praesidio destitutam vteretur
 misericordia. Quis ibi fuerit excita-
 tus gemitus, qui complexus, quae la-
 mentatio, cogitationibus vestris re-
 linquo; Nulla enim oratio tantas mi-
 miserias satis deplorare, nullus que-
 stus, nullus deniq; moeror dignus in-
 ueniri in calamitate tanta potest.

Vbi

Vbi totam noctem iuissent, superato monte Leberone, multos ardere vicos atque prædia conspiciunt: Minerius deinde bipartito agmine rem aggreditur: & quia per indicium acceperat, in quâ partem Merindolani sese recepissent, ipse Merindolum petit, reliquas verò copias ad illos inuestigandos mittit. Antequam hi peruenirent in syluam, ex militibus quidam impulsus commiseratione, præcurrit, & è summo cacumine rupis, qua parte suspicabatur profugos confedisse, duo saxa deiecit, deinde per interuallum ijs acclamat, licet eos non conspiceret, vt fuga sibi statim consulant. Et in hoc ipso temporis puncto, ex ijs, qui Mussium iuerant, duo quidam interueniunt, & hostium aduentu nunciato, ministrum Ecclesie ceterosq; custodes, qui pauci numero faminis erant relictæ, sicut diximus, abire cogunt, via quadam ardua commonstrata per syluam, quâ fugientes

entes periculum euaderent. Vix hi discesserant, cum ecce milites adsunt, pleni furoris, & eductis gladijs ad eadem omnia poscunt, magno cum vulatu: Veruntamen à eade tum sibi temperant, & cum insolenter multa fecissent, omni argento & alimonia spoliatas abducunt. Erat ipsorum propositi, fædius illas tractare, sed à Centurione quodam equite interpellati, qui forte superueniens pœnam eis minabatur, & ad Minerium rectâ contendere iubebat, ab incepto desistunt, ijsque relictis, prædam & pecus abigunt. Erant mulieres numero circiter quingentæ. Minerius interim venit Merindolum, & cum vacuû habitatoribus reperisset, diripit ac incendit, edito prius exemplo valde crudeli, nam adolescentem vnicum & quidem intellectus imbecillioris ibi nactus, iubet ad arborem reuinctum tormentis occidi: Post Cabrieram oppidum petit, & machinis

con-

O R A T I O.

concutit, & administrante Polino Duce persuadet oppidanis, vt portam patefaciant, pollicitus impunitatem: Verum intromisso milite, post aliquam moram, concisi fuerunt omnes, contra fidem datam, contra ius & fas omne, neq; vel ætatis vel sexus vlla habita ratio,

Multi ad ædem sacram, alij aliò, quidam in cellam vinariam arcis confugerant, sed producti foras in pratum, vestibusq; nudati trucidantur ad vnum ferè omnes, non viri tantum sed & mulieres, pleræq; grauidæ. Minnerius etiam ad quadraginta circiter fæminas in horreum, straminis atque fœni, plenum includit: post ignem subijcit & incendit: cumq; ex militibus vnus misericordia tactus aditum patefecisset, qua miseris esset euadendi ratio, repulsæ sunt in horreum telis & hastis militum reliquorum. Idem accidit cum vestibus exutis conarentur flammam nascentem restinguere, neq;

O R A T I O.

neque id perficere valentes ad maiorem fenestram aduolarent, ut sese eijcerent. Sic igitur ibi conflagnarunt omnes. Fuit hoc Aprilis die XX.

Post hæc Minerius partem copiarum mittit, qui Costam oppidum oppugnent: ijs tamen ingressis iter, deprehenduntur illi, quos paulò ante in cellam vinariam arcis confugisse diximus. Excitato igitur clamore, quasi laterent insidiæ, reuocantur milites, & ad internecionem illos interficiunt. Cæсорum numerus repertus est, tam in oppido quam foris numero ad octingentos. Qui superstites erant infantes ab eo furore, plerique rebaptisati fuerunt ab hoste, nonnulli fame perierunt.

Rebus ad Cabrieram expeditis, copia mittuntur Costã. Eius oppidi Dominus iam antè cum ciuibus egerat, ut in arcem arma conferrent, & quatuor diuersis locis murum disijcerent: Id si facerent, se pro sua gratia facile

O R A T I O.

facile perfecturum. apud Minerium,
 pollicebatur, vt à maleficio tempe-
 retur. Persuasi morem gerunt, post il-
 le discedit, quasi deprecaturus, & non
 longè progressus obuiam habet mili-
 tem: Hi quum nihilo secius procede-
 rent, & impetu primo nihil efficerent,
 altera luce vehementius oppugnant,
 & incensis circum ædificijs omnibus
 suburbanis, facili manu capiunt, eo
 quòd superiori nocte plerique de-
 ferta statione profugerant, delapsi fu-
 nibus. Post editam ergo cædem &
 oppidum direptum, decurrunt in
 hortum Castello vicinum, & mulie-
 res atque puellas, quæ trepidantes eò
 confugerant, promiscuè constuprant,
 & quum diem vnum noctemq, inclu-
 sas detinuissent, adeò tractarunt inhu-
 maniter, (loquimur quod traditum
 est) vt illæ quæ gerebant vterum &
 natu minores puellæ, non multò post
 extinguerentur.

Interea

Interea Merindolani & his adiuncti complures alij, qui per sylvas atq; rupes oberrabant, intercepti vel ad triremes & transtra relegabantur vel confodiebantur: Aliqui etiam inedia enecti cadebant: Deinde non procul ab oppido Muffio, quod antè diximus, quidam ingressi cauernam sub rupe latitabant numero ad viginti quinque, sed proditi, fumo fuerunt omnes & igni præfocati. Sic adeò nullum sæuitiæ genus fuit prætermisum.

Qui verò his tot tamq; varijs cladibus supererant, in rerum omnium egestate, summisque angustijs versabantur, per steriles saltus & in hospita faxa vagantes. Cumq; ne illud quidem à Minerio obtinerent, vt rebus fortunisq; abdicatis omnibus, saltem cum vxoribus & liberis in vicinam Germaniam se recipere liceret, extrema omnia subire, interq; arduas preces & mutuas consolationes deficere

ORATIO.

cere fatius sibi esse, quàm infandas superstitiones recipere, & à veritate agnita, vel transuersum vnguem discedere, vnanimiter constituunt.

Pòst desperatam tamen calamitatem, subito recedunt præter omnium expectationem truculenti grassatores, & afflictis fidelium reliquijs occasio, per singularè DEI benignitatem, offertur sese ex illis fluctibus non nihil recolligendi, terrasq; & sedes suas, quamlibet horribiliter deuastatas, paulatim repetendi: vbi in veritatis professione, & eo quod semel instituerant, perseverantes, diuinam benedictionem variè postmodum experti, & hucusq; mirabili rerum successu, vel potius (vt apertius loquar) Domino tantas tempestates, in tranquillitatem aliquam vertente, conseruari sunt: Exemplo nos quoq; suo comonefaciètes, etiamsi Ecclesia spoliata atq; orbata sit humanis præsidijs, nihilque ea toto terrarum orbe
 [misc-



O R A T I O.

miserabilius, nihil ad speciem vilius atq; abiectius, DE I tamen ope regi, seruari, ac mirabiliter excitari in tanta aduersitatum, quæ noctes & dies partim iam vrgent, partim impendent varietate.

Scribit Tertullianus in lib: ad Scapulam, & experientia comprobatum est, Christianorum persecutores sæpe in fine vitæ suæ recordatos esse, se deliquisse, quòd vexassent Christianos: Sic ferunt Franciscum Regem, cum anno post atrocem hanc executionem proximo, ad vitæ exitum vocaretur, conscientiaë stimulis agitatum, intemq; dolentem Henrico filio, cui post mortem regnū destinauerat, etiam atque etiam iniunxisse, vt ne tantam sæuitiam abire sineret impunitam. Et verò Henricus exacto nondum triennio, in Taurinis de effrenata hac atq; humanum modum excedente crudelitate admonitus: recordatus insuper nouissimorum sermonum

O R A T I O.

num parentis sui, edictum aduersus eos, qui grassationum illarum authores aut primores ministri extiterant, admodum graue proposuit, quod, et si eum effectum non habuit, quem iusticiae regula exigit, Pontificiae nempe factionis potentia REOS legum vinculis, & dignis supplicijs eximente: euidentis tamen est, omniq; maius exceptione testimonium, de veritate narrationis huius. Depingit enim furorē aduersariorum in VValdenses plusquam Sathanicum, & horrendarum crudelitarum exempla edita, aliàs fidem vix admittentia, quasi in tabella exhibet. Quanquam idem postea Princeps, deprecantibus similiter, grauissimèq; dehortantibus illustrioribus aliquot imperij Electoribus, alijsq; nonnullis Germaniae Heroibus, ad eundem fauiciae scopulum impegit, & in eosdem conscientiae laqueos cruciatufq; miserè incidit. Post multos enim iniuste damnatos, acce-

E ptumq;

O R A T I O.

ptumq; in oculum lethale vulnus, in maximis illius doloribus fertur dixisse: Valde se vereri, ne quid iniquius contra Consiliarios commisisset. Intelligebat autem inter hos præcipue Annam Burgæum; quem paulò antecum aliquot alijs senatoribus in carcerem ob causam religionis abduci iusserat, minabundus, se suis oculis ipsum cremari conspiciaturum.

Sed vt extremum habeat aliquid oratio mea, & vt ego antè dicendi finem faciam, quàm vos me attentè audiendi, mitto iam vos **C H R I S T I I E S V** Martyres sancti atque inclyti; qui per vestigia Domini decurristis; qui participes estis facti afflictionum eius; qui stigmata Domini **I E S V** in corporibus vestris portastis; qui non dubitastis pro testamento **D E I**, corpora vestra tradere in mortem, & sanguine agni lauare stolas vestras: vos inquam, requiescere nunc sino, donec illuxerit ille **D O M I N I** dies, impijs

O R A T I O.

pijs quidem summè terribilis, at vobis, & omnibus in Christum credentibus faustissimus; in quo abstersurus est DEVS omnem lacrymam ab oculis vestris, in quo Dominus, qui est iustus Iudex, vobis reddet repositam in cœlo coronam iusticiæ, eamq; lucem communicabit, quam non cœli puritas, non stellarum fulgor, non solis claritas vincet: vbi non audietur vltra vox fletus, & vox clamoris: vbi nullum amplius in vos erit Diaboli & Tyrannorum ius, nulla potestas: Vbi ea perfruemini felicitate & eorum affluentia bonorum, quæ nec oculis humanis conspici, nec auribus audiri, nec mente intelligi queunt; quæ Iehoua iam inde ab orbe condito diligentibus & metuentibus se præparauit: vbi deniq; DEVS erit omnia in omnibus: Cum scelerati cōtrà, & teterrimi mactatores ac persecutores vestri, carceri aeterno mancipabuntur; vbi tenebræ, dentium

E 2 stridor



O R A T I O.

stridor, & (vt vno verbo conficiam)
 æterni cruciatus erunt: vbi dicturi
 sunt: An non ij sunt, quorum vita no-
 bis ignominiosa videbatur, & vitæ
 exitus infelix? O nos amentes: Qui
 nam fit, vt in tanta gloria collocati
 sint? Quinam obtigit illis fors inter
 sanctos?

Hunc iustum iudicem, æterni DEI,
 æternum filium, obtestor, vt nos om-
 nes spiritu suo sancto regat atq; ita
 regat, vt eandē intrepidè constan-
 tēque veritatis cælestis doctrinam, et-
 iam inter hostiles impetus & armo-
 rum persecutionumq; inanes grassa-
 tiones, inuicti sonemus ac retinea-
 mus, quò post hanc vitam cum maxi-
 ma gloria in conspectum ipsius pro-
 deamus, eum cum Patre & Spiritu
 sancto in omni æternita-
 te celebraturi.

Amen.

D I X I.

TER-

TERTVLL.

Sanguis Martyrum est semen Ecclesie.

Augustinus Psalm: 9.

Prima persecutio Ecclesie violenta fuit, cum proscriptionibus, tormentis, cædibus Christiani ad sacrificandum cogentur.

Alterata persecutio fraudulenta^r est, quæ per hereticos & falsos fratres nunc agitur.

Tertia superest per Antichristum ventura, qua nihil est periculosius, quoniam & violenta & fraudulenta erit. Vim enim habebit in imperio, dolum in miraculis.

LVD OV: VIVES.

Voluit Christus, vt quemadmodum suo sanguine, ita & suorum quam ille de Cælis attulisset pietatem, sanciri. Primum quod par erat, vt labores atq; ærumne capitis redundarent in membra, ita implentur quæ desunt afflictionum Christi, vt inquit Paulus, tum vt certius confirmaretur pietas, quam non verbis modò & inani contentione asserent, qui adferebant, sed morte probrosissima & crudelissima, haberent & exemplum sequentes, quid facere illos patiq; oporteret pro diuina veritate. Hic decursus, Christianæ Ecclesie perpetuus erit, quoad tota hæc terrestris in Cælum sit translata, & ex mortali facta sit immortalis, ex afflictissima beatissima.

E 3.

Idem

Idem **HT**

*Nec frustra eruo ille Martyrium sacrosanctus
fundeatur. Nulla in terram cadebat gutta, ex qua
non multi Christiani consurgerent: Ut expressa in
veritate videatur fabella de serpentis dentibus à
Cadmo in Bœotia sparsis, unde armata acies nasce-
rentur. O magna vis veritatis exclamat Cic: que
contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam,
contraq; fictas omnium insidias facile se per sei-
psam defendit. Ita Christiana religio, quò acius et
rabiosius est oppugnata, hoc è praelio fortior, pre-
stantior, gravior excedit. Planè est quod ille pro-
nunciauit: Veritas est rerum omnium fortissima.
Itaq; discesserunt nostri Martyres, etsi mortui, vi-
ctores tamen.*

*Sanguine fundata est Ecclesia, sanguine cœpit,
Sanguine succreuit, sanguine finis erit.*



us
ad
in
a
e
e
y
l
l
l



THE LIBRARY

C
F
E
S C



154397

AB 154397

(82290 159)



et in agnitione uoluntatis
et sapientia et intellectu
hinc ambuletis dignis
placētis. In oī ope hono
rātes. et crescētis in scientia
uirtute cōfirmati sed in
claritate eius. in omni
et loquacitate. cōgno
scentes deo p̄ri. qui
sunt in parte ionis. qui
e. qui eripuit nos de ma



Inches

Centimetres

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Farbkarte #13

PETRI VVE
 SENBECII I. V. D.
 ET PROFESSORIS
 in Acad: Ienensi,
 ORATIO
 DE VVALDENSIBVS
 ET ALBIGENSIBVS
 CHRISTIANIS.



15

85

GENAE,
 EXCVDEBAT TOBIAS
 STEINMAN.